



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi  
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

**Coppenstein, Johann Andreas**

**Mogvntiæ, 1627**

LXXIX. Num Circumstantiæ Sacrificij tolerabiles sint?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35233**

est Mysterium pro salute publica, omni-  
que populo peractum à Sacerdote, id est,  
Ministro publico.

D I C O A D I. Præceptum Domini  
est affirmatiuum pro loco, tempore, per-  
sona, &c. Nec iussit semper iunctim, Face-  
re & Distribuere; nec vetuit Facere sine Di-  
tribuere. Quia Sacrificium & Sacra-  
mentum administrare diuersa sunt, ut simul  
esse possint, non debeant; minus sunt i-  
dem. Neque Fractio est distributio Sa-  
cramenti, sed partialis actio Sacrificii.  
Nec *i. Cor. 10.* describitur ritus Cœnam per-  
agendæ; sed participatio Mensæ Domi-  
ni & dæmoniorum inuicem opponitur.  
Et, *i. Cor. 11.* Cœnam priuatam vocat cō-  
uiuium, in quo unus esurit, alius ebrius est.  
Nam, more Domini, cum vespertinis  
Cœnis Synaxes Sacras agebant. Ita *S. Chrysostomus.*

A D H. Falsum: nam Concilium A-  
gathense ante mille annos, Missarū me-  
minit, quibus nulla siebat distributio.  
Chrysostomus arguit raritatem cōmu-  
nicantium; & Oblationem ait frustra fie-  
ri, non in se; sed quatenus ordinatur ad  
Dispensationem communicantiū. De-  
inde idem docet sacerdotem, Sacrificium etiam  
professè defunctis, & absentibus viuis;  
qui tamen non communicant sacra-  
mentaliter.

A D III. Isti Canones iubent, ut cō-  
municetur in Missis; non vetant Sacri-  
ficii sine communicantibus. Et adhuc  
arguimus excusores è Missis nondum  
finitis.

## Q V A E S T I O LXXX:

Num Circumstantie Sacrificii sint to-  
lere possunt?

K EMNITIUS pag. 883, Missas non vulgaris lega-  
tum patrati exagitat, ut suspetas. 1. Submissa legi  
legi, vult esse contra Domini institutionem; quiella  
Cœnam fieri per Annunciationem, ipso clavis. Verba  
pronunciante. 2. Quod Cœna actio esse visibilis  
beat: ergo, & pronunciatio audibilis.

1.1 LVTHERVS Capt. Bab. c. de Euth. ait, 1.  
Missa cō magis est Christiana, quod simplicior est, simili-  
orque Missæ Christi, sine pompa vestrum, gestuum  
cantuum, &c. 2. Non tamen calumniam Ecclesiam  
ob situs antiquos, 3. Ceremonias sine fidei  
irritabilius impietatis.

IV. Kemnitius pag. 832, quadruplices Missæ cōmu-  
guit Ceremonias. 1. In S. Scripturam manus. Vehi-  
cipere, Benedicere, Manducare, Mortem Domini  
Annunciatore. 2. Pia. Igitur non scripte sunt; ut psalmi  
lectiones, preces. 3. Superfluous & impias; ut pro  
defunctis effere: Sacrifice, sanctos invocare.  
adiaphora: ut velles, vala, ornamenta.

A V T O R. I LATINA, Graeca, He-  
braica Lingua, non Vulgaris, est apta d.  
uinis, præsentim in Missa. 1. Quia sa-  
crificium est Actio Oblationis, Cōmu-  
nicationis, & Sumptionis: ad Deum colendi  
magis, quam instruendum populum. 2.  
Conceptis verbis sacrificandū est: avolu-  
gares linguæ perspè variant; Et tollate  
tur communicatio Ecclesiæ. Gallus  
non posset in Germania sacrificare, &c.

II. Submissa legi est ad reuerentiam  
Mysteriorum ait *S. Basil.* *i. de Spir.* 6. 7. 1.  
Missæ Iacobi, Clementis, Basili, Chrysos-  
tomi præstibunt quædam submissio-  
gi. Ut & *Liu. 16.* intra velum a solo Incen-  
sum offerebatur. 3. Et Christus Sacri-  
ficium Crucis silentio magis peregit, qui  
clamore. Et memorandæ mortis Domini  
Annunciatio fit Actione magis, quam  
sermone extra Prædicationē Dominum  
autē si colloqui oportuit, vt diceret Apo-  
stolos. 4. Neque verba in Sacrificio ro-  
quirūtur, quod ipsa sint Sacrificium; sed  
vt Christi præsentiam nobis efficiant. 5.  
Neque Dominus præcepit auditio; sed  
verbis hoc fecisse; & hoc Sacerdos inter-  
est, non populis.

III.

III. Lutheri dictum secundū euerit primum. Tertium verum est: nam sine fidē impossibile est placere Deo. At fidē ipsa pœnitentiam putat de remissis peccatis cuiusque: Hæc damnatur à Concil. Trid. Sess. 22. Can. vte. 2. Kemnitium in tertio errare liquet suprà: de quarto, plures illi reiiciunt: Necessarias esse negant vi p̄cepti Ecclesiæ: Vnde eis nullā tribuunt. Mēdatis Kemnitii vide in meo Antipap. p. 3. q. 7. De singularium ceremoniarum Antiquitate, &c. Bell. l. 2. c. 14. 15. 16. 7. &c.

## IX. DE POENITENTIA.

### QVÆSTIO LXXXI.

An Pœnitentia Sacramentum sit propriè dictum?

**L**UTHERVS lib. de Capt. Babyl. timide negat, & variat. 1. Neganda nisi sunt VII Sacra menta, & tantum tria pro tempore ponenda: 2. Bapt. Pœn. Panu. Ibid. in fine. Propriè Sacramenta vocari vixit est, qua annexū signū promissū sunt. Quos sit, ut. Ier. 31. loqui videntur; tantum duo sint, ap. & Pœn. Nem Pœnitentia signū visibilē & diuinus instituto caret: nec alius esse dixi, nisi viam acredimus ad Baptismum. 2. Alibi. Eſſe dat Sacramentum, anno 1545.

**MELANCHTHON** in locis anno 1522. negat. Panis, non est signū; eſſenī vobis statim nostra mortificatio, & reno ratio Spiritus; Sacramentum eius vel signū non aliud est, niſi Baptismus. Idem tamen libris deinceps cum Lutherū afferunt esse Sacramentum.

**ILYRICVS** in apol. Conf. Antwerp. c. 18. Kemni. p. 2. Exam. pag. 902. scribere audient Conf. II. Augustanam non agnoscerē Pœn. Sacramentum. Nimirum quia Lutherus & Melanch. priorem suum errorē & reuecaruntiae Pœnitentiam negant afferuerunt.

11. ZWINGLIVS lib. de vera & falsa relig. cap. de Sacr. respuit Pœnit. dicere Sacramentum. CALVINVS Inst. l. 4. c. 19. §. 15. plura aggerat argumenta. Item in Antid. Trident. Sess. 6. c. 15. Beza in Confess. c. 7 a. ii.

III. LUTHERANI multi Calvinizant in

hoc, licet iurant in Confessionem Augustanam: Ut Nicolaus Schneccerus in p. 2. Pedagogie. Wigandus, Illyricus, Kemni. in t. disput. de Pœnitentia. &c. Vide in Genealog. p. 3. q. 19.

SVA DENTIS CALVINISTÆ. 1. Calvinus Inst. l. 4. c. 19. §. 15. &c. Romanenses Scholastici anxiè in reperiendo hic Sacramento defudant. Nodum in scrope. Quod tamen optimum habent, rem incertam, opinionumq. varietate confusum relinquunt. 2. Dicunt esse Sacramentum; sed non est ceremonia externa à Domino instituta ad fidē nostrae confirmationem. &c. Qui tale in ipso Augustino, vident, quod pœnitentia Sacramentum vocant? 3. Nego iure haberi Sacramentum primum, quod nulla Dei promissio singularis ad hanc rem extet. 4. Deinde quod, quacunq. hic ceremonia proficeretur, merum sit hominum inuentum, mendacium, & impostura.

5. Kemnitius par. 2. Exam. pag. 903. Ex diuina Institutione non habet tale externum elementum, quale in Baptismo & Eucharistia, quod ad integrum definitionem, & genuinam proprietatem Sacramenti pertinet. 6. Sacramentum Pœnitentie non habet fundamentum in Vet. Testamento, in quo fuit contrito & confessio; neq; tamen idcirco Sacramentum illicet etiam absolverit Nathan Davidem. Licet Petrus Act. 10. Paulus. Act. 26. dicant se pœnitentia & remissione peccatorum non aliter docuisse, quam prophetæ. Neque Pœnitentia habet fundamentum in prædicatione Baptista, & Christi. 7. Neq; in hisce, Ioan. 20. Quorum remiseritis peccata. &c. Neq; in doctrina Apostolorum aut exemplis, teste Paulo ad I. 26. Petro, Act. 10. Vanum & falsum est Apostolos etiam docuisse pœnitentiam quoad substantia, quā impiante Baptismum ad Deum convertuntur, & quā lapsi post Baptismum redant in gratiam.

AUTOR. Pœnitentia est propriè dictum Sacramentum: I. Ioann. 20. Quorum remiseritis. &c. Vide in Antichristop. 3. q. 29.

Tt 2 Ad.

